BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 140r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



vidi aliquam rem sibi silem in peste, et hoc
p experientiam, et Mesue in defensione
puerorum a vermibus et in cura vermium
et cuiuscumque materiei putride et venenose
non permittendo venenum ire ad cor. Ymo
plus dico quod non puto aliquod venenum ita
esse occultum, contra quod hoc electuarium
non valeat et liberat a morte dummodo
venenum non mortificauerit cor, antequam
sumatur, quia unum quodque agens requi-
rit tempus sue complete operationis. Et
ideo si datur suo tempore debito libe-
rat a quolibet veneno, et propter hoc de-
bet vocari bezaar venenorum et maxime
pestis, quia in materia venenosa in cor-
poribus operatur licet semper cum venenositate
sit putredo. Et ista est eius descriptio,
Re specierum dyamusci dulcis, diptami
albi sigilli regis, i cameleonta seu car-
lina atarasacum iacinctorum smaragdorum
perlarum non perforatarum ana ℥ i s tormen-
tille scabiose pipinelle ana ʒ i s lima-
ture cornu cerui, rasure eboris ana ʒ
viij coralli rubei ʒ viij. semen citri mun-
dati ℥ i s sete crude, croci ana ʒ ij.
puluerisentur et cribellentur omnia subtiliter
deinde sumatur succus morelle, succus